



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Gaudium Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



LIBER III. CONSIDERATIO I.

AMOR DEI,

Gaudium DEI.

Audium, effectus divini Amoris, quaedam suavitas de bono dicitur dūm se. Est vitalis quædam inquam sentie cor amans, delectatio in seipsa. Omnis res, ut habet priam bonitatem, licetiam habet prium saporem. Sed ô qualis erit sapor infinitæ ratis Dei? Infinitus cerrè, & generans infinitam vitatem in eo, qui cum Amore degustat. O quæ sola paradysum inebrias! O suavitas, quæ facis omnem animam, quæ amorosè degustat, nitas, tu sola es pelagus, & fons omnis dulcedinis est delectatio, nisi in te, & per te.

Veniant huc mundani, & dicant, quem saporem beant in bonis terrenis absque Deo. Amari sed opertum fictâ & apparente dulcedine. Ac qualiscunque sit ea dulcedo, est exigua stilla in & infiniti Oceani suavitatis divinæ. Cur ergo gutta dimittitis fontem? Sed parum hoc est, tula talis est, ut vos ad amaritudinem accendat. Aperite igitur oculos, erigite mentes, & saporem æternorum bonorum: amate æternam

suavitatem Dei: & inuenietis illam solam esse
dignam amore; verum saporem, qui ob-
satiet cor nostrum; veram pacem, quæ men-
tis quietet ac pacet.

O Divinitas Domini mei! tua Infinitudo, tua Im-
mutabilitas, tua Eternitas, tua divina Pulchritudo, ac
cuncto sic absorbeat cor meum, ut mortuum sibi ipsi,
tibi soli vivat.

CONSIDERATIO

II.

AMOR DEI,

Impotens ad malum.

Optimus gradus Caritatis est, languere utiliter, &
mittere animam languidam, infirmam, & impoten-
tem ad peccandum. Anima cum primo amare incipit,
languescit, ait S. Thomas. Hic est primus
gradus quem scandit anima in Scala Sancti Amoris,
ut fugere, & inhabilem fieri ad peccandum. In-
firmas hæc non est ad mortem, sed ad mortem mortis,
scilicet peccati.

O quis mihi det sic languere & infirmari in omnibus
partibus corporis, in omnibus facultatibus animæ! ut
languescam in intellectu, ne amplius cogitem, quod non
conveniat: languescam in voluntate, ne amem ullam
creaturam inordinato affectu. Languescant oculi, ut ad
curiositatem cæcutiant: languescat lingua, ne
loquatur aliquid inconueniens. Ac demique totus sim
languidus, & semper languidus ad peccatum, ad diabo-
lum, & ad carnem.

Languero, Domine, languero, neque curo sanari ab
infirmis, Gloriabor in infirmitatibus meis: in-
firmis omnibus gloria, & omne gaudium meum. Quia
in infirmitate perficitur, & majus gratiæ robur
acquirunt, & magis assecratur spes Gloriæ.